iij tum. Ve provocatrix et redempta civitas columba.
non audivit vocem et non suscepit disciplinam. In
domino non est confisa, ad deum suum non appropinquavit. Prin-
cipes eius in medio eius quasi leones rugientes, iu-
dices eius lupi vespere non relinquebant in mane. Prophe-
te eius vesani, viri infideles. Sacerdotes eius pollu-
erunt sanctum, iniuste egerunt contra legem. Dominus
iustus in medio eius non faciet iniquitatem. Mane
mane iudicium suum dabit in luce et non abscon-
detur. Nescivit autem iniquus confusionem. Dis-
perdidi gentes et dissipati sunt anguli earum. De-
sertas feci vias eorum dum non est qui transeat. De-
solate sunt civitates eorum non remanente viro
neque ullo habitante. Dixi: Attamen timebis me, sus-
cipies disciplinam. Et non peribit habitaculum eius
propter omnia in quibus visitavi eam. Verumptamen
diluculo consurgentes corruperunt omnes co-
gitationes suas. Quapropter expecta me dicit
dominus in die resurrectionis mee in futurum,
quia iudicium meum ut congregem gentes et colligam
regna et effundam super eos indignationem
meam, omnem iram furoris mei. In igne enim
zeli mei devorabitur omnis terra. Quia tunc
reddam populis labium electum ut invocent omnes
in nomine domini et serviant ei humero uno.
Ultra flumina Ethiopie, inde supplices mei fi-
lii dispersorum meorum deferent munus mihi. In die
illa non confunderis super cunctis adinventionibus
tuis quibus prevaricata es in me, quia tunc au-
feram de medio tui magniloquos superbie tu-
e et non adicies exaltari amplius in monte sancto
meo. Et derelinquam in medio tui populum pauperem
et egenum, et sperabunt in nomine domini. Reliquie Israel
non facient iniquitatem nec loquentur menda-
cium, et non invenietur in ore eorum lingua
dolosa. Quoniam ipsi pascentur et accubabunt et non
erit qui exterreat. Lauda filia Syon, iubila Israel,
letare et exulta in omni corde filia Ierusalem. Ab-
stulit dominus iudicium tuum, avertit inimicos tuos.
Rex Israel dominus in medio tui, non timebis ma-
lum ultra. In die illa dicetur Ierusalem: Noli ti-
mere; Syon, non dissolvantur manus tue. Dominus
var deus tuus in medio tui fortis, ipse salvabit te. Gau-
debit super te in letitia, silebit in dilectione sua,
exultabit super te in laude. Nugas qui a lege re-
qui afflixerunt te cesserant congregabo, quia ex te erant, ut non ul-
tra habeas super eis obprobrium. Ecce ego interficiam in tempore
illo. Et salvabo claudicantem et eam que eiecta
fuerat congregabo, et ponam eos in laudem et in
nomen in omni terra confusionis eorum. In tempore illo quo
adducam vos et in tempore quo congregabo vos. Da-
bo enim vos in nomen et in laudem omnibus populis terre
cum convertero captivitatem vestram coram oculis vestris
dicit dominus.

Hieremias propheta ob causam periurii Sede-
chie regis ut historia libri secundi Paralipo-
menon meminit, qui fidem promissam Nabucho-
donosor regi Chaldeorum fefellerat, populum Israel cum
memorato rege Ierusalem expugnata captivum in
Babyloniam fuisse perductum. Et cum memoratus
populus multis temporibus vel aliis bonis vivendo etiam effu-
sione sanguinis innocentium se graviter peccas-
set, nolens deus [illegible] inutilem eum populum ob com-
memorata penitus deperire, lxx annorum captivi-
tatem eundem populum in regno Chaldeorum susti-
nere [illegible]. Hac ratione ut completo numero an-
norum nominatus populus a memoratis pecca-
tis ad renovationem Ierusalem perveniret. Sexage-
simo itaque secundo anno regni Chaldeorum sub [illegible]
adhuc vii anni ad regnandum restabant,
quod etiam septima visio Danielis ostendit propter
causam sacrilegii, que in eadem visione [illegible]
fuisse [illegible] qui in medio [illegible]
ut septima visio Danielis ostendit. Memora-
to regno successit. Cuius primo anno regni ut
decima visio manifestat, Daniel supputans
annos, videns appropinquare tempus redemptionis
quam per Hieremiam fuerat promissum, orans tunc pre-
ceptum pro populo eandem redemptionem a deo postulabat
impleri. Quam per Gabrielem angelum in eadem visione
[illegible] eandem [illegible] esse completam.
[illegible] moriente supradicto Dario rege Me-
dorum, succedente in regno Cyro rege Persarum,
permissione dei completis per eundem regem populum Israel
in Ierusalem reductum, historia libri secundi Paralipo-
menon et initium Esdre prophete confirmant. Cum
a populo Israel memoratis templum dei edificari cepis-
set, mortuo Cyro rege et regnante Dario
rege Persarum, qui memorato regno successerat,
[illegible] Ierusalem, ut Ezras in
libro suo refert, restaurationem supradicti tem-
pli diu impedierunt. [illegible]
populo Israel repugnantes supradicti templi domini nec
dum [illegible] permissione cessavit edificari. [illegible]
[illegible] anno regni memorati Darii regis
Persarum Aggeus propheta a deo missus et Zoroba-
bel de tribu Iuda, qui potentie susceperat [illegible] regni
[illegible] filium Iosedech summum sacerdotem ammonet
ut credant completis lxx annorum tempus restaura-
tionis Ierusalem advenisse. Hec etiam additio-
ne [illegible] populi nolentes [illegible]. De
quo dicit per eum: Populus hic dicit: Non dum
venit tempus ut edificetur domus dei. Omnia que an
tertio huius prophete continentur, revisionem populi,
edificationem templi, renovationem civitatis,
observantiam sacerdotalem, [illegible] regnorum
gentium [illegible] significant.

Aggeus festivus et letus, qui seminavit
in lacrimis ut in gaudio meteret, destru-
ctum templum edificat, dominumque patrem indu-
cit loquentem: Adhuc unum modicum et ego mo-
vebo celum et terram et mare et aridam et
movebo omnes gentes et veniet desideratus cunctis

gentibus.

I In anno
secundo darii regis in mense sexto in die
una mensis factum est verbum domini in ma
nu aggei prophete ad zorobabel filium sa
lathiel ducem iuda et ad iesum filium io
sedech sacerdotem magnum dicens. Hec ai
it dominus exercituum dicens. Populus iste
dicit. Nondum venit tempus domus do
mini edificande. Et factum est verbum
domini in manu aggei prophete dicens.
Numquid tempus vobis est ut habitetis in
domibus laqueatis et domus ista deserta.
Et nunc hec dicit dominus exercituum. Ponite
corda vestra super vias vestras. Seminastis
multum et intulistis parum. Comedistis
et non estis saciati. bibistis et non estis
inebriati. Operuistis vos et non estis ca
lefacti. Et qui mercedes congregavit mi
sit eas in sacculum pertusum. Hec dicit dominus
exercituum. Ponite corda vestra super vias vestras. Ascen
dite in montem. portate ligna et edificate domum
et acceptabilis michi erit et glorificabor dicit dominus. Respe
xistis ad amplius et ecce factum est minus et intulistis
in domum et exsufflavi illud. Quam ob rem dicit dominus
exercituum. quia domus mea deserta est et vos festinatis
unusquisque in domum suam. Propter hoc super vos prohibiti sunt
celi ne darent rorem suum. et terra prohibita est ne daret germen su
um. Et vocavi siccitatem super terram et super montes
et super triticum et super vinum et super oleum et quecumque pro
fert humus et super homines et super iumenta et super
omnem laborem manuum. Et audivit zo
robabel filius salathiel et iesus filius iosede
ch sacerdos magnus et omnes reliquie populi vocem do
mini dei sui et verba aggei prophete sicut misit eum dominus deus
eorum ad ipsos. Et timuit populus a facie domini. Et
dixit aggeus nuntius domini de nuntiis domini populo
dicens. Ego vobiscum sum dicit dominus. Et susci
tavit dominus spiritum zorobabel filii salathiel du
cis iuda et spiritum iesu filii iosedech sacerdotis ma
gni et spiritum reliquorum de omni populo. et ingressi
sunt et faciebant opus in domo domini exercituum
dei sui. In die vicesima et quarta mensis. in sexto men
se in anno secundo darii regis. In septimo mense
xxi. mensis. factum est verbum domini in manu aggei
prophete dicens. Loquere ad zorobabel filium sala
thiel ducem iuda et ad iesum filium iosedech sacer
dotem magnum et ad reliquos populi dicens. Quis
in vobis est derelictus qui vidit domum istam in g
loria sua prima. Et quid vos videtis hanc nunc.
Numquid non ita est quasi non sit in oculis vestris. Et
nunc confortare zorobabel dicit dominus et conforta
re iesu fili iosedech sacerdos magne. et conforta
re omnis populus terre dicit dominus exercituum. et fa
cite quia ego vobiscum sum dicit dominus exercituum
verbum quod pepigi vobiscum cum egrederemini de terra egyp
ti et spiritus meus erit in medio vestrum. Nolite timere. Quia
hec dicit dominus exercituum. Adhuc unum modicum est et
ego movebo celum et terram et mare et aridam. et mo
vebo omnes gentes. et veniet desideratus cunctis gentibus.
et implebo domum istam gloria dicit dominus exerci
tuum. Magna erit gloria domus istius novissime Meum argentum et meum aurum dicit dominus exercituum.
plusquam prime dicit dominus exercituum. Et in loco isto
dabo pacem. dicit dominus exercituum.
In die vicesima et quarta noni mensis. Anno II
secundo darii regis factum est verbum domini ad aggeum prophetam
dicens. Hec dicit dominus exercituum. Interroga sacerdotes
legem dicens. Si tulerit homo carnem sanctificatam in
ora vestimenti sui et tetigerit de summitate eius panem a
ut pulmentum aut vinum. aut oleum. aut omnem ci
bum numquid sanctificabitur. Respondentes autem sacer
dotes dixerunt. Non. Et dixit aggeus. Si tetigerit
pollutus in anima ex omnibus his. numquid contaminabitur.
Et responderunt sacerdotes et dixerunt. Contaminabitur.
Et respondit aggeus et dixit. Sic populus iste et sic gens
ista ante faciem meam dicit dominus. Et sic omne opus
manuum eorum. et omnia que obtulerunt ibi omnia con
taminata erunt. Et nunc ponite corda vestra
a die hac et supra. antequam poneretur lapis super
lapidem in domo domini. Cum accederetis ad acer
vum xx. modiorum et fierent x. et intraretis ad torcu
lar ut exprimeretis .l. lagenas et fierent
xx. Percussi vos vento urente et aurugine et gran
dine omnia opera manuum vestrarum. et non fuit in
vobis qui reverteretur ad me dicit dominus. Ponite
corda vestra ex die ista et in futurum. a die vicesima et
quarta noni mensis. a die qua fundamenta iacta sunt
templi domini ponite super cor vestrum. Numquid
iam semen in germine est. et adhuc vinea et fi
cus et malogranatum et lignum olive non floru
it. ex die ista benedicam. Et factum est verbum domini
ad aggeum secundo in vicesima et quarta mensis di
cens. Loquere ad zorobabel ducem iuda dicens.
Ego movebo celum pariter et terram. et subvertam
solium regnorum. et conteram fortitudinem regni
gentium. et subvertam quadrigam et ascensorem
eius. et descendent equi et ascensores eorum vi
r in gladio fratris sui. In die illa dicit dominus
exercituum. assumam te zorobabel fili salathiel
serve meus dicit dominus. et ponam te quasi signacu
lum. quia te elegi dicit dominus exercituum. III
In secundo anno darii regis videmus
aggeum et zachariam prophetasse. licet
eosdem declarantes. Sed hac de causa aggeus et
zacharias in ordine prophetarum prepositi videntur
quod cum duobus mensibus ut predicte lectiones o
stendunt in prophetia precessisse invenimus ad re
staurationem eorum templi precepto dei populum ad
se. Ezras refert dicens. In secundo anno darii
regis prophetaverunt aggeus et zacharias
filius addo prophete super iudeos qui erant in iu